



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Ecclesiae Mediolanensis

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

Borromeo, Carlo

Brixiae, 1603

Synodvs Dioecesana Mediolanensis V. Quam Carolus S. R. E. Presbyter
Cardinalis tit. S. Praxedis Archiepiscopus habuit Anno à Chr. Nat.
M.D.LXXVIII. Gregorio XIII. Pontifice.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11399

SYNODVS DIOECESANA MEDIOLANENSIS V.

Quam Carolus S. R. E. Presbyter Cardinalis tit. S. Praxedis
Archiepiscopus habuit

Anno à Chr. Nat. M. D. LXXVIII.

Gregorio XIII. Pontifice.



BEC. Synodus nō se-
mel atq; iterum, sed
tertiō, prograta fuit.
Primum enim Ar-
chiepiscopus visita-
tionis Brixieſis, quā
sibi summus Pōtifex

comiſerat, & delegauerat, munere, oc-
cupationibusq; diſtentus, illā de more
indictā ſta die hahere nō potuit. Dein
de conciliū provinciale, provincialēſq;
actiones impediuerunt, quo minus anno
ſequenti, qui fuit MDLXXVI. illa ite-
rum prograta celebraueretur. Post, pecca-
tis hominum ita exigentibus, cum pefſi-
fera contagio in urbem, & dioceſim
Mediolanensem ſe ſe infuderit; neceſſe
habuit Archiepiscopus, charitatis, cura
que ſuę pastoralis, quaꝝ pefſis acerbitas
ſummoperē re quirebat, officijs occu-
patuſ, eam tamdiu prorogare, & differ-
re, quoad pefſiferum incendium extin-
gueretur. Itaque Dei munere dono que
demum Anno MDLXXVIII. cum pef-
ſis omnino abierit, nihil ille antiquius
potiusq; habuit, quām primo quoque
tempore illam ritē celebrare. In qua ſyn-
odo ita ſtatuit, & ſanciuit.

Indictio Synodi dioceſanæ in poſte-
rum facta eſt, non edictis, ſed ratio-
ne veteri, que decreta, ac re-
nouata in conſtitu-
tione ſuperioris Sy-
nodi IIII.

relata

eſt.

In nomine Sancteſ, & Indiuiduæ Trini-
tatis, Patris, & Filii, & Spir-
itus sancti. Amen.

NO S Carolus S. R. E. Presbyter
Cardinalis Tit. S. Praxedis, Deſ
Apoloſiceſq; ſedis gratia Archiepico-
pus S. Eccleſię Mediolanensis, ad Deſ
omnipotentis, Beataq; Marię ſemper
Virginis, & Sancti Ambroſij Patris Pa-
tronique noſtri laudem, hec pro Chri-
ſtianę morum disciplinę conformatio-
ne, qua clerum populumq; fidei noſti
concreditum pralucere totis in Chri-
ſto viſceribus expetimus, in noſtra ſy-
nodo dioceſana quinta decernimus, ita
tuimus, ac ſancimus.

D E C R E T A E D I T A
In Synodo Dioceſana quinta
Mediolanensi.

Decretum I.

BEATISSIMI Martyris
Sebastiani cuius Mediola-
nensis, cuius dies natalis iā
vſq; à temporibus sanctissi-
mi Patris, & Patroni no-
ſtri Ambroſij, ſermonē etiam eius mar-
tyrium celebrantib; à noſtris maiori-
bus piē cultus eſt, diem festum anniver-
ſarium, qui eſt xiiij. Calen. Februarii, ex
voto ob funeris pefſis, que ſuburbem di-
ceſimque Mediolanensem anno 1576.
teterim inuaderat, contagionem re-
ligiosę nuncupato, in tabulasque publi-
cas ciuitatis relato, ab vniuerſo, & cle-
ro, & populo urbis Mediolani piē item
ſancteq;

Sancte; colia atq; obseruari mandamus,
vt reliquos Sanctorum festos solennes-
que dies, qui ex precepto instituto que
ecclesie coluntur.

Ex eadem præterea voti nūcupatione,
pridie illius festi dici ieunium ab eodē
clero populoq; Mediolanensi agi cele-
brarive præcipimus.

Idem etiam in diecēsi à locorum scili-
et incolis præstet; qui eidem beatissi-
mo martyri, alijs sancto, proximè pe-
stilentiz temporibus eius rei votum fe-
cerunt.

Decretum II.

DE diebus
festis, & vi-
gilijs euili-
gandis.

dit. de fest.
dier. cultu.
5. Vigilijs au-
t. pag. 36.

DI E R V M festorum, qui in urbe
diecēsiq; nostra Mediolanensi coli, &
Vigiliarum item, que ieunio abstine-
tiave obseruari debent, tabula, de qua in
diocēsanā synodo per nos conscienda
concilij provincialis tertij decreto cau-
sum est, hoc ordine præscripta in singu-
los menses, ab unoquoque parocho an-
marumve curatore in illis populo de-
buciāndis seruetur.

Tabella dierum festorum, & vigil. infra
cum de tabellis suo loco posita est.

Decretum III.

De Domini
ca in capite
Quadrage-
simæ.

DIVINO munere operarij nos
in hac vinea colenda constituti, perpe-
tuo constantiā; culture spirituali stu-
dio, in id incumbere debemus, vt sancto
rum institutorum, sacrorumq; rituū di-
sciplina, & beatissimo patre pastore que
nostro, & Ecclesiæ Doctore Ambrosio
salutariter, ac diuinitus introducta, non
modò in hac Ambrosiana ecclesia piè
sancte que conseruetur; sed etiam si que
vlo modo prætermissa est, qua debet re-
ligione, in vsum consuetudinemque re-
Rituaritur.

Cum igitur in sanctissimis Ambrosia-
nis institutis, vnum (præter cetera que
tum virtio morumq; corruptelis, & ne-
gligi, & violari magno cum animi do-
lore vidimus) illud sane sit, quod de Do-
minica, que in capite Quadragesimæ
dicitur, alias tum literis nostris monui-
mus atque ediximus, tum edicto etiam
sanciuimus; eo ipso de genere quo dilige-
nitus pro Archiepiscopalis officiū ou-
tere cautum sit in perpetuum, hæc vt in

fra decernimas, & constituius; que pla-
nè à clero, & populo, qui Ambrosianæ
ecclesiæ nostræ institutis religiosè ad-
strictus tenetur, sancte in uiolateq; serua-
ri in virtute sancte obedientiæ præci-
pimus, iubemus, ac mandamus.

Dominica, que in capite Quadragesimæ
more Ambrosiano dicitur, vt reliqua
Dominica quadragesimales seruetur
item: ab eaq; abstinentiæ quadragesima
lis initium plane fiat; cum non solum ex
sanctissimo patrum testimonio, sed ex
sermonibus, & doctrina in primis eius-
dem B. Ambrosij, præfiscq; huius ecclæ-
siæ tabulis, atq; ex omni rituum certissi-
ma ratione, illam in Quadragesimæ die-
bus primam Dominicam, & numerari,
& esse liquido constet.

Proinde à cibis, que quadragesimali tē-
pore lege ieunij vetiti sunt, abstineat
clerus, & populus omnino eodie, sicut a-
lijs dominicis quadragesimæ diebus.

Nuptiarū celebritas dominico illo die
ne agatur itidem, vt sacerorum canonum
iure, Tridentināq; sanctiōne, cæteris
quadragesimalibus diebus agi interdi-
cūm est.

Quæcumque apostolicis sanctionibus, sa-
cro sanctis canonum decretis, concilio-
rum constitutionibus, de sancte quadra-
gesimæ cultu, religiosaq; obseruātia, vel
instituta, vel decreta sunt; eadem ad hu-
ijs dominicæ, que Quadragesimæ pri-
ma est, cultū pertinere decernimus: ita
vt qui hunc diem violarit, culpe reus
perinde sit, ac si alium quadragesimæ
diem violaslet.

Quod autem religiosus hæc domini-
ca prima quadragesimalis colatur, quo
debet obseruantia officio; Archidiaco-
ni Metropolitanæ nostræ ecclæsiæ sit, in
Epiphaniæ solennitate, vt Paschæ cele-
britatem denunciari; ita (quod etiam de
quadragesimæ denunciatione antiquo
canone institutum est) sic quadragesi-
malis abstinentia initium denunciare,
in ea ipsa Dominica, scilicet omnino
sancte fieri.

Parochi vero singuli, tum qui in urbe
sunt, tum diecēsani, hoc itidem præ-
sent, ac denuncient in Dominica pro-
ximè præcedenti, que Dominica in quin-
quagesima dicitur.

In Ca-

Sect. 24. de-
cret. de re-
for. matt.
cap. 10.

In Calendario demum anniversario
notetur hic dies quadragesimæ primus.

Decretum. II II.

B A R B Æ radende institutum, à patribus in Concilio Carthaginensi sanctum, quodq; ex summi Pontificis Gregorij VII. literis longè antiquissimum esse perfidimus, iam olim in omni fere ecclesia, & in nostra hac Ambrosiana ad hæc vsq; tempora (vt nos vidimus) à plerisque sacerdotibus antiquæ sanctitatis disciplina studiosum conseruatum, ac deinceps nostris literis per nos ad usum consuetudinemq; reuocatum; ita in perpetuum retineri præcipimus ac mandamus, vt unusquisque sacerdos & clericus, quounque gradu dignitateve predictus barbam radat.

Decretum. V.

De promulgatione aliquot decretorum.
AVXILIANT E Christo Domino iam quintam synodum diœcesanam hoc sacro loco celebraimus: at vos confici estis, multa deesse, ad eorum que decreatis & diœcessanis & provincialibus præscripta sunt vobis, perfectam executionem.

Qua in re vniuersusque Visitatoris nostri, prefecti regionarij urbis, atque singulorum etiam dignitatem & canonica cum in basilica nostra Metropolitana, in collegiativum urbium diœcessis nostræ Ecclesijs obtainentium, ac Vicariorum foraneorum, & testium synodum, & omnium denique ac singulorum, non modo sacerdotum sed clericorum etiam cuiusvis ordinis, quibus ecclesiastica disciplina leges constitutæ sunt, studium, operam, diligentiam, solitudinem desideramus, atque requirimus. Proinde non solum monitiones, quas in synodo diœcesana quarta contestati vobiscum adhibuimus; & quod diligentius studiofuisq; ad illarum vos prescriptum conformaretis, easdem imprimi mandauimus; sed etiam quorundam decretorum, quorum executionem diligenter studio quamprimum præstare deberis, tabellas aliquot ante mensibus editas, & vobis traditas, iterum vobis vniuersis & singulis in hoc diœcesano conuenienti inculcari diligenter iussimus et man-

dauimus.

Vestrum igitur erit, cum tantopere per nos omni officijs genere excitati sitis, ad absolutam quandam decretorum omnium executionem, studiosè, accurate, perpetuaq; solicitudine ageré, curare, atque adeo perficere, vt vniuersusque veltrum diligentiam verè ecclesiastica commendemus; nec vero accusamus aut damnemus negligentiam.

Aliquot selectorum decretorum execu-
tio, præcipuo solicitudinis stu-
dio praestanda.

F E N E S T R Æ, vnde extrinsecus Missæ sacram inspici & audiri potest octo dierum spatio amoueantur, murove obstruantur.

Fenestræ item aliae, vnde in ecclesia introspiciantur.

Seruitur ab omni ecclesia ad octo item dies amoueantur omnino; ita scilicet, vt ab ædibus clericalibus per eam nulla exportatio, nulla importatio, nullum iter, nullus transitus fiat, nō prospexit, nec vero alia eiusmodi seruitus.

De ædificijs laicalibus ecclesiæ parientes attingentibus, præstetur, quod decretis provincialibus constitutum est.

De officiis eidem coniunctis, præstetur itidem vt mox supra.

De luto, illuviis, fôrdibus disiendiis & amouendis, præstetur & agatur ex decreto concilij provincialis in. & ex prescripto instructionum nostrarum.

A locis fôrdidis crucis, & sacræ imagines, quindecim dierum spatio amoueantur.

Altaria cappellæ maiori aduersa, aut sub ambone, suggestore, aut ad pilas, columnasve cunlocata, octo dierum spatio amoueantur, ex prescripto visitationis apostolicæ.

Altaria item in lateribus cappellarum posita, ad tres menses amoueantur; in eorumq; medio exstruantur.

Sepulcra lapidea ex ecclesiæ cœmiterrive paupimenti indecenter eminentia, octo dierum spatio tollantur.

Sepulcra itidem operimentū visitationis apostolicæ decreto prescriptū non habentia, ad quindecim dies humo oppleantur.

Illa item, quorū os bradellę altaris propius est tribus cubitis, ad tres mēses obſtruuntur, humoq; iniecta oppleātur.

Itidem de ſepulturis fiat bradellam altaris attingentibus.

Cōmēteria duorum mensium ſpatio ſepiantur: alio qui ne in ijs, aut in ecclēſijs ſepeliantur, ſed in cōmēterio propinquieri quod ſeptum fit.

Crux trium mensium ſpatio in medio cōmēterij collocetur.

Crucifixi imago in omni ecclēſia ad cappellæ maioriſ ingressū affigatur.

In frontispicio cuiusuis ecclēſiæ ex inſtructionum fabricæ ecclēſiaſticæ præſcripto, quamprimum fiat.

Suggeritus in omni ecclēſia parochia li, ex forma ijsdem inſtructionib⁹ comonſtrata ſtratur.

Altaria portatilia, mensura ampliori in ijsdem inſtructionib⁹ demonſtrata parentur et fiant: reliqua minori menſura, ad conſtitutum tempus visitationis apostolice decreto confringantur.

Turri campanili, ex earundem inſtructionum præſcripto, oſtium cum ſuis vaſis, clavi, ſera, pefſulove ad mēſem fiat.

Supellex ecclēſiaſtica duorum mensium ſpatio in unaquaque ecclēſia hæc ut infra paretur.

PURIFICATORIA, numero Corporalia. & ratio
ue olim præſcripta.

Superpellicea quatuor; duo ſcilicet quæ parocho rectorive ecclēſiæ; ac toti dem clerico vſui ſint.

Signacula Mifalium.

Capsula, quam ſeatulā dicunt, in qua purificatoria includantur.

Capsula item pro corporalibus.

Mappæ pro manibus abſtergendiſ.

Vas ad vſum lauandi corporalia, & alia huiusmodi.

Vaceſlū rotundū pro recondendis hoſtijs magnis, & alterū item pro paruis.

Tabella orationum ante & post Miffa ſacrum dicendarum.

Tabella ſecretorum in Miffa ſacro.

Tabella orationum, quaꝝ a ſacerdote dicuntur, cum Miffa ſacrum facturus, veſtes induit, & exiuit.

Quæ in ædificatione, fabricare cuiusuis ecclēſiæ perpetuò caueri vel curari debent, hæc ſunt.

NE in ecclēſia quidquam noui ædificij ſine confeſſione noſtro literis exarato fiat.

Ne item noua ecclēſia exſtruantur.

Ne ſine confeſſione etiam noſtro literis cappelle, altariſve locus detur, neque rurſus cappella, altareve exſtruantur.

Ne præterea ſine facultate à nobis data, & ſcripto exarata, oratoria etiā vbi non celebratur, fiant; neq; item pilæ ſtruſtiles ſacrarum imaginum erigantur.

Ne lacra imagines ante apponantur, quām ſta pece benedicantur.

Ne campanæ ante ſtatam ſolennē be nedictiōne in turri campanili appédatur.

Campanis conflandis caueatur ex inſtructionum præſcripto ab inſcriptioni bus non probatis.

Ne in ecclēſia ſine confeſſione noſtro literis ſepulcræ ſtruantur, fiantve.

Ne in ſepulcris item, aut in ecclēſia, epitaphia, elogia, inſcriptions, aliæ ve literarum monimenta; niſi à nobis priuūm probata, fiant, ſculpantur, exarenturve.

Curetur, vt cōmēteria vſurpatæ, ex decreto noſtro provinciali recuperetur.

Sepeliēdi in cōmēterijs vſus reſtituāt.

Lampas non ē latere, ſed in medio altaris.

Eadem ex inſtructionum præſcripto aurichalco coniecta ſit.

Quæ ad reliquum ecclēſiarum cultus perpetuò curari oportet.

VT immunda illuuiies, vrinq; proieſtio, lutum, & ſordes cuiusuis generis, à cōmēterijs & parietibus ecclēſiæ arceatur: arbores, arbusta, ſtirpes, vites, hedgeſ, rubi, spinæ, & cætera id generis ab ecclēſijs & oratorijs procul ſint, & amoueantur.

A cōmēterijs itē quamprimum conuellantur ſtirpes, & arbores etiā in frugiferz. A puluere, puluerulentoq; ſitu, & ab araneis, crebro, & ecclēſiæ, & earū partes, & oratoria mundentur & purgentur: pauiimenta item ſepiuſ verrantur.

Capit-

**Capsulæ eleemosinariæ in vrbe ad mē
sem vnum, in diœcesi ad duos menses,**
ex visitationis apostolicæ præscripto ne
fint, sine scripta nostra facultate.

Sedilia muliebria, vulgo bradelle, statim amoueantur.

Nouæ ex instructionum nostrarū modo præfinito sunt.

Profani priuatum, propriæq; intus collocata, ex visitationis apostolice decreto statim attribuantur atq; addicantur.

Ne in ecclesia, cæmiterio, atrio, vestibulo, portico, foribus, parietibus, itillici dijfinibus, res venales, ne ad ecclesiæ quidē vsum, nec verò à clericis ipsis proponantur, afigantur, apponanturve.

Ne laica supellex, frumentum, leguminæ, fruges, nec verò instrumenta fabrilia in ecclesia reponantur.

Ne valuis foribusve ecclesiæ schedule aut scripta rerum profanarū afigantur.

Exportatio & importatio rerum profanarum, iter item, transitusve ad rerum item profanarū vsum tollatur omnino.

Vniuersitatā cōsilia ab ecclesijs prorsus remoueantur.

Ad supplicij significationem campæ ne adhibeantur.

Ne in ecclesia scholæ, præterquam deuinæ christianæ, absque concessiū nostro literis exarato habeantur.

De mulieribus bene velatis, vt edicto nostro cauetur, executio verè, oinoq; sit.

Omnis irreuerentia conuersationis, ut Pij Quinti Pont. Max. sanctione, & decretis nostris prouincialibus cautū est, prorsus tollatur.

Mendici vagantes ab ecclesia exclaudantur.

Custodes, clerici, & alij ecclesiarnm ministri, ad quos pertinet, in admonendis, & deferendis mulieribus ad præscriptum non velatis, & viris item in Missâ sacro genua non flectentibus, aut in ecclesia irreuerenter versantibus, aut mendicis, per ecclesiam vagantibus, officiū suum accuratè omnino exequantur.

Mulcta exigatur, Pij V. Pont. Max. sanctione rectoribus ecclesiarn, custodiis, & Capitulis proposita, eos corrigere negligentibus, qui in ipsis ecclesijs irreuerenter versantur.

Circulatores, & ludentes pila in pla-

teis ecclesiarn, quō tempore diuina officia in illis celebrantur, multa plement.

Decretum concilio prouinciali primo editum de confugientibus ad ecclesiæ, seruetur omnino.

Ecclesiarn & Oratoriorum claves, si quæ ecclesiæ sunt, quæ illas non habent, octo dierum spatio conficiantur, & in custodiam parochio tradantur; aut si necesse est, alij item ex concessiū Vicarij foranei, non conductori tamen, mulctæ pœnæ cauzione facta, si ad profanos vſus adhibeantur.

Ecclesiæ parochiales certis horis ad tabellæ præscriptum claudantur.

In oratorijs minoribus latitudine cubitorum viii, longitudine cubitorum de cem, Missæ sacrum non fiat.

Altaria singula cruce in medio colloca-ta semper ornata sint.

Ab vniuersiisq; eorū præterea vtro-que latere decenter positis candelabris duobus.

Vestita item fint mappis mundis tribus: quarum exterior oblonga, ad imam usque altaris partem pertingat, reliquæ duas breuiores sint.

Gradus quoque ligneis ab vniuersi-iusque altaris tergo collocatus, mappa sternatur.

Tela viridi altaria singula consternātur, nè puluere aliave sorde mappæ inquinentur.

Ornata item fint pallio coloris cum diei festi feriæ ratione congruentis, ex instituto S. Ecclesiæ.

Tabella secretorum, etiam in unoquoque altari apponatur. Quæ tabella peracto Missæ sacrificio ercta ne stet; sed de presla, sub tela mapave recondatur.

Ecclesiarn quæ frequentantur, alta-ria singula, cum soles ecclesiæ patent, ijs ipsis ornamenti semper instructa atq; ornata sint.

In reliquis ecclesijs idem diebus faltem festis præstetur.

Altare maius, decentiori insignioriq; semper ornatu ac vestitu instruatur.

E pluribus lampadibus cum una tan-tum accenditur, illa media accendatur.

Sacris corporibus sanctorum, & reliquijs insignioribus lampas adhibeatur perpetuo.

In diuinis officijs præstentur omnino
hæc quæ sequuntur.

C L E R I C I singuli superpelliceum
habeant, idq; ex decreti nostri præscri-
pto, forma decenti.

In processionibus modus versandi &
conueniendi clero præscriptus seruetur
accuratè.

De funeralibus editæ instructiones,
perpetuò diligentique executionis vñ
planè seruentur.

In festis sanctorum solennitas officij
ex decretorum uostrorū præscripto per-
agatur, & cultus item.

In Missæ oblatione sacro lectio etiam
ante epistolam, vt in ecclesia Metropo-
litana sit, canatur, vbi ritu Ambrosia-
no sit.

In Missæ sacro, etiam quo tempore sa-
cerdos secretò agit, & in alijs diuinis
officijs, cantus à sacra ea actione alieni
neque probati non adhibeantur, canan-
turve.

Sacra communionis ministris præ-
bendæ in Missæ oblatione sacro institu-
tum seruetur.

Itidem in feria quinta, die scilicet cę-
nx Domini præstetur.

Sacrarum vestium color pro ratione
temporum conueniens, quantum fieri
potest, seruetur.

Disciplina chori, tum in conuenien-
do ad diuina officia, tum in conuersando
eo loci, tum in recedendo, decretis no-
stris prouincialibus præscripta, in uiola-
tē seruetur.

In diuinis officijs extraordinarijs ta-
bella concilio prouinciali tertio præscri-
pta seruetur: cuius rei causa præfectus
& punctator fit.

Processionum tabella per nos edita in
executionis vñsum inducatur.

Clerici certi deligantur, qui custodū
munus, & alias ecclæsticas functiones
& officia, vt potè in Missæ sacro mini-
strandi, & alia id generis præstent, amo-
ris ab eiusmodi officiorum functionis
laicis.

Ineat ratio, quā prouisum sit suspen-
sationi clerici, qui in ecclesia parochia-
li in opere inferiat; & illorum item, qui in
angulis cappellis ministerium nauant;

& aliorum præterea, qui minorum ordi-
num functiones obeunt.

Instrumentum clericus in Missæ sacro mi-
nistratus.

Superpelliceum loco vestis exterio-
ris super tunicam talarem à sacerdote
Missæ sacram facturo, vbi potest, adhi-
beatur, antequam reliquis sacræ vesti-
bus induatur.

Qui Missæ sacro intersunt, si qui sunt
qui vel genua ambo non flectunt, vel ge-
nibus ita flexis non persistunt, vel alta-
ris gradibus proprius accedunt, vel ve-
stitu non congruo, capiteve non detecto,
adsunt, vel in ecclesiæ foribus stant; à sa-
cerdote celebraturo, aut Missæ sacro in-
choato à clero ministro moneantur.

Ne paupertatis pretextu ad Missæ sa-
crum conuenire quis omittat.

Missæ sacrum ne coram publicè cri-
minosis fiat.

In Missæ parochialis sacro cum Cor-
pus Domini eleuatur, signum campanæ
detur semper: in alijs verò Missis tinti-
nabulum pulsetur.

Erratorum punctuationes peractis di-
uinis officijs in sacrificia, denuncientur,
præsentibus ecclæsticis hominibus
qui eo loci aderunt.

De moribus, & studijs cleri, hęc vt infra
omnem executionem habeant.

C L E R I C I familiæ delectus decretis
prouincialibus præscriptus, & vestitus
item ratio seruetur: de armis item non
ferendis.

De supellecili, mensæ frugalitate, &
de sumptibus superuacaneis, decretis no-
stris prouincialibus pareatur.

De recitando diuino officio, modus
& decens ratio decreto nostro demon-
strata, in executionis vñsum inducatur.

Superpellico clerici, qui scilicet mi-
noribus ordinibus, aut subdiaconatu,
diaconatuve initiati sunt, sacram Eu-
charistiam sumendo se induant.

Omnis clerus confessarijs sacerdoti-
bus ad confessiones corum audiendas
delectis & probatis peccata confite-
antur.

Itidem præstent clerici inferiores sa-
cerdotibus.

Cre-

Crebro isti ex decretorum nostrorum præscriptis confiteantur, & sacram communionem sumant.

Id ipsumque præstant in ecclesia nominatum constituta, & in Missâ solennis sacro testimoniūmque huius rei scriptū afferant.

Clericalis vestitus, ex concessionis nostræ literis sumatur.

De ijs quæ infra nominatim ex decreto rum nostrorum præscriptis recensentur, regulæ, & leges ab vniuersis & singulis ecclesiasticis hominibus serventur.

DE tonsuræ.

De interula.

De caligis.

De calceis.

De veste interiori.

De veste exteriori.

De cingulo.

De pallio ferrarolo.

De parochorum vestitu exteriori, de toga scilicet, & capitulo.

De canonicorum dignitateq; præditorum Metropolitanæ ecclesiæ vestitu exteriori.

De mantello breuiori.

De reliqui cleri vestitu exteriori.

De cleri vniuersi vestitu itinerario.

De pileo, reticulo, & subbirreto.

De torquibus & anulis non induēdis.

De dignitate sacerdotali & clericali, morum splendore tuendz.

De titulo ambitios.

De incensu & gestu.

De consuetudine probatorum vteda.

De otio cauendo.

De riduculis, & obscenis libris abiendi.

De musica clericorum in laicalibus conuiuijs.

De conuiuijs & comedationibus ca-

De caponis. (uendis.

De choreis & laruis.

De saltationibus & ludis.

De comedijis & spectaculis.

De venatione.

De pernoctatione & scessu nocturno.

De armis non ferendis.

De mulieribus non docendis.

De negotijs secularibus fugiendis.
De famulatu & obsequijs laico nos præstandis.

De clericalium ædium honestate.

De imaginibus turpibus tollendis.

De clausura ædium canonicalium.

De mulieribus in earum habitatio ne non admittendis.

De canonicalium ædium locatione, ex præscripto decreti provincialis & diœcesani.

De clericalium etiam ædium locatio nibus ex eodem provinciali decreto.

De officio ritu Ambrosiano recitando.

De modo recitandi.

De precibus congregationis initio & fine dicendis.

De cleri studiorum ratione, ex regu lis concilio provinciali tertio constitu tis præstantia.

De librorum clericalium deleitu, & apparatu, & lectione.

De parochorum libris.

De bonis ecclesiistarum hæc præstantur ut infra.

FORUM in locâdis decimis decreto Synodi diœcesanæ 1111. præscripta.

De decimis & primitijs, etiâ à nobis libus soluendis, ex ratione præfinita in synodo diœcesana nostra 1111.

Oblationum usus in Missâ solennis aut parochialis sacro diebus festis resti tuatur.

Oblatio fiat offertorij tempore.

Offerentes Missâ sacro intersint.

Ad oblationem mares & foeminae distinctè accedant; mares scilicet pri mò, deinde foemina.

Oblatio à publicè criminosis ne capiatur.

Ne alij eam capiant quidam parochi.

Ne per ecclesiam accipiente oblatio nis causa parochus sacerdosve vagetur.

Ne rursus in oblatione patena, sed crux manipuli osculanda præbatur.

Oblationum venditio, & alij contra cius id generis prohibentur.

Parochi oblationis lucro cedant, nisi quibus id iure concessum ab Episco po sit, aut alias legitime.

Caducitatum iura prosequenda.

Bonorum & iurium vniuersiusque ecclie, ecclesiastice beneficij, aut Capituli, trium mensium spatio conficiatur, ex prescripto concilij provincialis primi.

De inuidentibus & asportantibus bona clericorum mortui, decreta provincialia seruentur.

De ecclesie item scriptis instrumentis, à clericis mortuis hereditibus ecclesie tradendis.

De ecclesiarum scriptis occultatis agatur ex decreto provinciali.

De cautione syngraphave solutioni, quæ ex predictis ecclesiasticis in emphyteofim aut ad longum tempus locatis finit, decretum provincialle seruetur.

De bonorum item deuolutorum alienationibus.

De solutione anticipata.

De arborum incisione cauenda.

De bonorum ecclesiasticorum locatione propinquis non facienda.

Neque præterea patronis, nec cessionariis, neque coniunctis item.

De honorum ecclesiasticorum locationibus, cum de melioribus ijs reddendis cautione, formula teneatur præscripta in Concilio provinciali secundo, & synodo diœcesanâ secunda.

De honorum ecclesiasticorum locatione publico instrumento confianda, & schedulis proscribenda.

De ecclesie bonis quæ laici administrarint, instructiones seruentur vulgariter editæ.

De Canonicis hæc et infra praesentur.

CANONICORVM à choro absentiam punctatores notent; eorum etiā qui residentia participes non sunt.

Punctationes autem anno perfecto nobis tradantur.

Regula de capitulis celebrandis.

Quo tempore scilicet Capitula habentur.

Vt ad ea canonici conueniant.

Ratio seruici tractationi Capitulariū,

Capitulum spirituale in singulas heb-

domadas habeatur.

Cæcellaria capitulo cligetur, scilicet

que officium.

Capitularis archivij locus statutus illiusque item praefectus.

De fructuum ad sacristiam pertinientium ratione & vslu, decretum in provinciali secundo concilio editum seruetur.

De fructuum praebendalium parte dividia, aliaq; emolumentorum portione soluenda primo anno, quo quis canonicus fit, ratio seruetur in sanctione Pij V. Pont. Max. & decreto provinciali prescripta: neque omnino excedatur.

Capitularia bona ne cuiquam de capitulo locentur.

In parochijs, quæ ex instructionum prescriptis hoc ipso tempore praestari debent, hæc sunt.

TABERNACULVM maius, serico rubro (si non est) intrinsecus vestitur trium mensium spatio.

Conopœum ad illius tabernaculi cō tegendi vsum duorum mensium spatio.

Tabernaculum itē; aut si quod est ad vsum processionum, reconcinetur duorum mensium spatio.

Lanula illius paretur duorum mensium spatio, ad formam in instructionibus prescriptam.

Pixis itē, vbi non est, ad menses duos.

Vela decentia ad tegendæ præsidis vsum, mensis spatio.

Mappæ etiam seu tabuleæ communis populi vslu, ad menses duos.

Laeternæ ad sacra Eucharistie comitandæ vsum, mensum duorum spatio.

Vasculum cum aspergillo, quo aqua benedicta ad ægrotos afferatur, mensibus duobus item.

Vasa purificationis forma præfinita, ad mensim.

Vasa tria sacerorum oleorum inter se distincta, forma in instructionibus demonstrata; vnius mensis spatio in urbe, in diœcesi vero duorum mensium.

Vas item alterum simile ante quadragesimæ proximæ initium.

Vas item ex instructionum nostrarum forma, ante calendas Februarioas fiat, ad aquæ baptismalis accipendæ vsum.

Liber distributionis oleorum, duorum mensium spatio, in omni præpositura, ecclesiastice plebana quæ caput plebis dicitur.

etur, duorum mensum spatio paretur: & sit forma præfinita.

Confessionalia, modo & forma in instructionibus demonstrata ad duos ite menses conseruantur; vel quæ extant, ad eandem formam redigantur.

Crucifixus, qui ad ægros defertur, de center conficiatur duorum mensum spatio.

Thuribulum, acerra, & coquileare, forma demonstrata sicut mensibus item duobus.

A. Parochia præterea præstentar hæc perpetuo.

INVESTIGATIO suspectorum de fide.

Observatio venientiū è locis suspectis.

Diligentia & cautio cum ijs qui è locis nomine heresis suspectis redeunt, aut ad ea proficiscuntur.

Recognitio de improviso librorum qui venales circumferuntur.

Observatio diei festi sancti Patroni ecclesiae sua parochialis; denunciatio item eiusdem, & reliqua decreto concilij provincialis tertij prescripta.

Instructio populi de ratione festi diei colendi, & denunciatio item eiusdem festi dominico die precedente.

Occupatio pia populi diebus festis.

Instructio populi ante singulas anniversarias solemnitates.

Admonitio opportuna, nè q. in urbe habitare solent, diebus solemnis & in quadragesima rus eant, aut ibi morent.

Restitutio & conseruatio diligēs orationis vespertinae.

Orationis item matutina instituti, ut scilicet diluculo in diœcesi per horæ quadrantem, & in urbe itidem dato campane signo è Metropolitana ecclesia, parochi ipsius præsentia in ecclesia, quo tempore oratio fit: eiusdem item crebra cohortatio ad populum de frequenti ad orationem conuentu: admonitio item, ut si quis è populo statua ea hora ad ecclesiam precaturus non conuenit, vbiunque tamen sit, vel domi, vel in officina tabernave, vel in agro, alirove loco, oret, facta illius horariæ prectionis significacione campanæ sono.

Communitio item, ut ob procellas

nimbosve datis campanæ signis populue oret, & ad litanias precesq; in parochia lem ecclesiam conueniant.

Restitutio veteris instituti de benedictione peregrinorum, & in itineris susceptione, & in redditu.

Imperatio literarū testimonialium, è breui peregrinatione, cù admonitione & præscriptione regulari, quæ in Syndodo diœcesana quarta explicatæ sunt.

Concio & sermo intra Missarum se-lennia, lecto scilicet euangelio.

Executio decreti visitationis Apostolicae, de prædicatione que fit aliquando de libro.

Executio decreti, de ijs qui à parochiā concione non absoluta discedunt.

Solicitude diligentis profectorū die-rum cultu, vt scilicet à media nocte præcedenti usque ad medianam noctem sequentem, festis diebus ab operibus seruilibus & alijs prohibitis populus abstineat, ex præscripto decretorum nostrorum, & vi-sitatoris Apostolici.

Custodia, & exhibitio exempli librorum parochialium, de baptizatis scilicet, confirmatis, & matrimonio iunctis.

Celebritas solenis benedictionis fontis baptismalis in ecclesiis plebanis, ex præscripto ordinationis nostre.

Investigatio de qualitatibus patrinorum, qui in baptismō adhibentur.

Cautio de nomine infantī imponendo in baptismō.

Instructio populi & obstetricum de forma baptifini.

Institutū benedictionis puerperarū.

Institutū benedictionis puerorum. Liber de Communionibus peregrinorum & adueniarum in Pascha.

Monitio & delatio fideliū non communicantium in Pascha.

Executio decretorum de arcendis & communione illis, de quibus in conciliis nostris sancitum est.

Instructio raro communicantium.

Instructio primò communicantium.

Instructio populi in frequenti communione.

Vestitus communicantiū modestus.

Armorum depositio in Communione.

Communio populi inter Missam semper cum potest.

Locus cōmunicantium distinctus; clericorum scilicet ad altare; laicorum in cappelle chorive ingressu; mulierum in parte paulò remotiori.

Nulla elemosinae quaritatio tempore communionis fiat; nullaque ob eam causam vasorum expositio.

Communio agrotis sepe illam petebitis ne denegetur.

Pluuialis induit vbi potest, in sacra Communione deferenda ad agrotos.

Clericorum plurium comitatus.

Preces in via dum defertur.

Officium postquam derulerit.

Executio officij sanctione Pij V. & decretis provincialibus sibi praescripti, ut agroti confiteantur.

Cura ut idem prætent, & agrotantis familiares, & medici.

Denunciatio eorumdem, delatiove ad Reuerendissimum Archiepscopum, vt alijs pecnis illos afficiat.

Denunciatio item medicorum nuper aduenientium, nisi iurisfundi prætiti testimoniam exhibeant; premissio ite ne medendi artem interea exerceant.

Executio scripti testimonij de egroti confessione præstita, antequam medicus curationem suscipiat, praescripto tempore elapsi.

Executio interdicti contra medicos integre non seruantes sanctionis illius praescriptum.

Executio decreti, de ijs qui extra die festis fines ad confessarios sacerdotes accedunt.

Regulae de confessionibus, quo tempore, quo loco, nec verò in priuatis cibis audiendis.

Cautio de casibus Episcopo vel summo Pontifici reseruatis.

Executio decreti de publica penitentia non remittenda nec commutanda.

Executio decreti, de ijs Episcopo deferēdis, quos solēniter penitere oportet.

Decreti executio, de pecunia per peccatores soluendae attributione et distributione.

Executio decreti de indulgentia etiā antiqua non promulganda fine computationis nostrā literis.

Scolam & superpellicum induant Sacerdotes, cum accedunt ad ministrandū

sacrum oleum infirmorum.

Executio decreti, de modo deferendi cum precib⁹.

Apparatus decēs fiat in ædib⁹ egrotis.

Officij executio, parochi, praepositi, vicarii, & præfecti regionarii, erga parochium vicinum ægrotum.

Introductio instituti, de petenda benedictione archiepiscopali à moribundis, præsertim in urbe, locove vbi Archiepiscopus sit.

Educatio & institutio puerorum com plurimorum ad militiam clericalem.

Processio, & supplicatio ante sacram ordinationem.

Residētia parochorū in cibis parochialib⁹ vera, cibū & somniū ibi capiendo.

Institutio introductio, de genitrixione cum signum campanæ datur in eleuatione Missæ.

Executio decretorum, de clericorum ministerio & adiumento parochis præstanto in diuinis.

Institutio de processionibus generibus mane obwendis, vt ex ante Missæ sacram agantur.

Institutum de distinctione populi per parochias, in agēdis processionibus, oblationibus, & alijs eiusmodi, retineatur in urbe.

Itidem seruetur in locis dioecesis, & parochiarum complurium homines cōveniunt.

Executio contra mulieres, vt in ecclesiis, & in processionibus, verè omninoq; ex praescripto nostro velata versentur, & incedant.

Celebratio anniversariorū statis suis diebus, eorumq; notatio in libro certo.

Executio decreti, de elemosina funeris officij peractis, & loco separato distribuenda.

De mensa in funeribus.

De amissione emolumenti funeralis.

Instructio populi, de matrimonij vi, & sanctitate.

Cautio de consensu matrimonij non extorquendo.

Formulæ executio de concessione facultatis matrimonij celebrandi.

In matrimonio celebrando abusus ille tollatur, quo introductum est, vt cancellas sponsi in manibus gestent.

Canticum

Cautio & diligentia de cohabitato-
ribus suspectis nomine coniugum.

Instrucción dominorum officinarum.

Amotio, aut emendatio imaginum ob-
scenarum in ædibus laicorum.

Supplicationes frequentes vacante
parochiali Ecclesia, ex cura vice-
ctoris.

Officium cum populo de solutione de-
cimarum.

Instituti introductio, de benedicen-
tia oblationibus que extra Missæ fa-
cerum sunt, ex præscripto libri sacerdo-
talis.

Executio decretorum de populi im-
moderaria, & alij abusibus tollendis in-
oblationibus: de pueris item nubilibus,

quibus ne ecclesiaram quidem nomine
eleemosinam queritare permittatur.

Decretum inductionis Synodis VI.
futuræ.

S Y N O D U M V I . dioecesanam,
quam ex sacri Tridentini Concilij de-
creto, anno sequenti M. D. L X X V I I I .
iuante Christo Domino celebraturi
sumus, cum statu eadie, quam in decre-
to nostro dioecesano præscripsumus, ha-
bere non possumus ob Concilij prouin-
cialis celebritatem, quod per nos indi-
ctum, in idem ferè tempus cadit; eam
indicimus futuram esse die duodecima
mensis Iunij eiusdem anni.

SYNODVS DIOECESANA MEDIOLANENSIS VI.

A Carolo S. R. E. Card. Tit. S. Praxedis Archiepiscopo.
Habita Anno à Chr. Nat. M. D. LXXIX.

GREGORIO XIII. PONTIFICE.



ECRETA que
in hac Synodo v. J.
Archiepiscopus
confecit, per pau-
ca admodum sūt:
synodales actio-
nes ferè omnes
consumpsit gra-
uissimis concessionibus pastoralibus: qui-
bus frequentissimum cleri conuentum
vehementer sanè accedit, cùm ad om-
nem clericalis vitæ cultum, tum verò
ad sanctioris discipline interioris insti-
tuta, que prodeße vidit ad maiores in
religiōe agendo progressiones. Qua-
verò literis mandata, & in hoc synodali
actu aucta, de suggestu vt moris est, enun-
ciari voluit, hæc sunt.

DECRETA EDITA in Synodo dioecesana sexta Mediolanensi.

In nomine Sanctæ, & Individuæ Trini-
tatis, Patris, & Filii, & Spiritus
sancti. Amen.
Carolus. S. R. E. Presbyter Cardinalis
Tit. S. Praxedis, Archiepiscopus
Mediolani.

Decretum. L

VONIAM nihil ferè sc̄
pius diuinis literis com-
mendatum est, quam cle-
ricalis ordinis hominum
vitæ integratas, innocen-
tia, fides, religio, pietas, virtutumq; om-
nium ornamenta, quibus domus Dei po-
zillatum excolitur; ideo vos vniuersos
& fine